



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

XV. Kardinale verleihen der Nicolaikirche zu Siepe einen Ablass, am 24.
März 1517.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

mit allen gnaden, zugehorungen vnd gerechtigkeiten, wie vorberurt, zu rechtem manlehen vnd gesampter handt, In crafft vnd macht ditzs briues, also das Ine furder dieselb wisch sie vnd In nachkomen von vns vnd vnser erben vnd nachkomen zu rechtem Manlehen vnd gesampter hand haben, so oft ein fall an vns vnd vnser erben geschicht, soll der Schulte von aller Inwoner wegen die wisch empfangen vnd ein halb schock lehnwar geben, wie auch itzt gescheen ist, vnd daruber von vns noch ymant deshalben beswert werden. Alles getreulich vnd vngeuerlich etc. Datum koln an der Sprew, am heyligen Newen Jarstag Anno XVII.

Nach dem Churmärk. Lehnscopialbuche XXXIII, 142.

XV. Kardinäle verleihen der Nicolaitirche zu Siepe einen Ablass, am 24. März 1517.

Raphael Ostiensis, Bernardinus Sabinensis, Dominicus Portuensis, Franciscus Prenestrin. et Franciscus Albanen. Thomas tit. sancti Martini in Montibus, Nicolaus tit. sancte Prisce, Hadrianus tit. sancti Grisogoni, Franciscus guillelmus tit. sancti Stephani in Celio monte, Leonardus tit. sancti Petri ad Vincula, Antonius tit. sancte Praxedis, Petrus tit. sancti Eusebii, Achilles tit. sancti Sixti, Bendinellus tit. sancte Marie in transtiberin. et Laurentius tit. sanctorum Quatuor Coronatorum Proabri, Alexander sancti Eustachii, Ludouicus sancte Marie in Cosmedin., Ameneus sancti Nicolai in Carcere Tulliano, Marcus sancte Marie in via lata, Sigismundus sancte Marie noue, Alphonus sancti Theodori, Julius sancte Marie in Dompnica, Bernardus sancte Marie in Porticu et Innocentius sanctorum Cosme et Damiani, Diaconi, miseratione diuina sancte Romane Ecclesie Cardinales. — Cupientes — vt parrochialis ecclesia sancti Nicolai ville Szipe, Verdenfis diocesis, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus iugiter veneretur, ac in suis structuris et edificiis debite reparetur, conferuetur et manuteneatur, nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis et rebus aliis inibi necessariis decenter muniatur, Vtque Christi fideles ipsi eo libentius deuotionis causa confluant ad eandem et ad reparationem, conseruationem, manutentionem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, Nos Cardinales prefati, videlicet quilibet nostrum per se, supplicationibus Dilecti nobis in Christo, Venerabilis viri Johannis Vilkebeke, dicte parrochialis ecclesie Rectoris seu Plebani, super humiliter porrectis inclinati, De omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, auctoritate confisi, Omnibus et singulis Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui dictam parrochiam ecclesiam in singulis, videlicet ferie secunde Pasce Resurrectionis domini nostri Jesu Christi et Dominice Octaue eiusdem, ac Sancti Georgii, nec non sancti Nicolai, ipsiusque parrochialis ecclesie Dedicationis, festiuitatibus et diebus, a Primis Vesperis usque ad Secundas Vesperas inclusiue, deuote visitauerint annuatim et ad premissa manus porrexerint adiutrices, pro singulis festiuitatibus siue diebus prefatis, quibus id fecerint, Centum dies de iniunctis eis penitentiis relaxamus Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem litteras nostras huiusmodi fieri nostrorumque Sigillorum iussimus appensione communiri. Datum Rome, in domibus nostris, Anno a Natiuitate domini Millesimo quingentesimo decimo septimo, Die vero vigesima quarta

Menfis Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Leonis diuina pro-
uidentia Pape decimi Anno Quinto.

Jo. de Lingulo.

Aus Gerden's Codex VIII, 475.

XVI. Consecration eines Altars in der Pfarrkirche zu Gagel bei Seehausen,
vom 12. Oktober 1517.

Nos Fr. Cristophorus, episcopus Constantiensis, ordinis predicatorum etc. et Suf-
fraganeus Bremenf. et Verdenf. recognoscimus per presentes, quod anno Domini 1517. 2a feria
proxima post festum Dionisij consecravimus istud altare ad honorem Dei, Anne, Petri et Pauli, XI
miliū virginum, et reposuimus ad istud sepulcrum sacras reliquias, cuius dedicatio erat in die
Anne. Conferimus quoque eodem in forma ecclesie consueta his XL dies indulg. etc.

Nach einem in dem Altare gefundenen Zettel nach Beckmann, Besch. V, I, V, Sp. 59.

XVII. Cardinal Albrecht bestätigt als Administrator zu Halberstadt die Abtretung des Patronats
eines Altars in der Nicolaiskirche zu Gardelegen an die von Alvensleben, am 9. November 1517.

Albertus etc. Nobis pro parte venerabilis et egregii necnon strennuorum atque valido-
rum nostrorum deuoti fidelium dilectorum Buffonis, doctoris et prepositi in Brandenburg, confi-
liarii nostri, Ludolffi, militis, Johannis, victoris, Gebehardi, andree et Eustachii, fra-
trum, atque patruelium de aluensleue, in arce Calue apud Mildam fluium commorancium,
fida relatione expositum est, Quod cum ius presentandi seu patronatus certe vicarie altaris beato-
rum Petri et Mathie apostolorum ac Barbare virginis in ecclesia parrochiali sancti Nicolai oppidi
Gardelege, nostre halberstadenfis diocesis, ad discretum andream widenbecke, clericum eius-
dem nostre halberstad. diocesis suosque progenitores et consanguineos, per quos predicta vicaria fuit
fundata, dotata et instaurata, iam dudum pertinuisset et ad eundem andream widenbecke
tamquam vltimum dicte vicarie patronum peruenuisset, Quodque dictus andreas widenbecke —
predictis de Aluensleuen et eorum veris legitimis heredibus huiusmodi Jus presentandi seu pa-
tronatus dicte vicarie cesserit. Nos — Jam dictorum de aluensleuen in hac parte Supplica-
cionibus Juri ac rationi non aduersantibus inclinati Eandem dotacionem, cessionem, renunctiatio-
nem eo modo, vt premititur, factam admimus, ratificauimus, confirmauimus — atque per presen-